

III.

REGNUM MORTUORUM.

Nro. 5.

*Secretum litterarum commercium inter vivos
et vita functos.*

Opifex sodalis suo quondam Magistro, jam
hodie in Elysio.

Ex mundo superiore.

Elysium-Meum, Die Martis, 6. Feb. 1810. (Neov. 26. Jan. 1810.)

Admodum peritè Domine Cehæ Magister!

Cum bona Domini Cehæ Magistri venia,
liceat mihi de fatiis meis queri. Ex sexen-
nio peregrinationi vaco, probabileque est,
me instar Judæi in perpetuum oberrantis diu
adhuc usque peregrinaturum, dum ceu Ma-
gister Inclito opificio nostro inseri potuero. —

Mecum mira in mundo acciderunt.

Ipsa illo tempore Viadobonæ eram, cum
Anno 1805 bellum adpararetur. Cognitum
est Dno. Adm. perito Cehæ Magistro me
proceræ & conspicuæ staturæ, formæque cor-
poris esse; vita militaris nullo tempore mihi
atridebat, quæ causa etiam fuit, ne ad sti-
pendia facienda adiger, li teras testes exce-
piendi eo profecturus ubi Mars exuat.

Eotum pax erat in Borussia, obtinui la-
borem, gaudebamque in sinu, me bellum
evitasse. Verum & in Borussia viscere sub

herba, vale dixi magistro meo, Hamburgumque me contuli. Neque hic de integro res tuta; quare consilium in arena arripui in Americam migrandi, quod narrabatur mihi ibi nullum bellum esse. Quidam Anglus forte mihi obvius ad Insulam Holliglandiam me secum accipiebat, Camerarii titulum mihi conferendo, de quo nimis superbe eham.

Itinerabar cum hero meo Londinum, at impar eram tolerando iugo, tam enim miras habebat vices, ut apud animum existimarem lunaticum esse. Excessi ejus servitio, familiaritate usus Germanorum Londini opus facientium, qui narrarunt mihi: hodie in cara patria opifices grandem conversionem subivisse. In territorio foederis Rhenani sodales opifices domi solum officina exercere posse. exteras lustrare oras non concedi, contineri eos conscriptionis lege, militiamque in ordine iis amplectendam esse; his auditis gelido perfrusus horrore, vociferabam: Vale aut vive, sis, dulcis Germania patria! me quidem nunquam amplius conspicias; tum sciscitabar: an nulla adcommodatio pro Sodale Sartore reperibilis esset, & reapse altero jam die a Magistro conducebar, quem laboris gratia adibam. At hic regionis alia Inchi Coetus nostri facies est, quam in Germania.

In Anglia dividuntur officina in mercenaria & quætuosa. Prima opus faciunt pro mercede, id est, expectant usque quis laborem conducturus adveniat; alterius generis

opifices penum habent mercium a se confectarum.

Nuspiam quæstum facientes opifices majore gaudent auctoritate & flore quam in Anglia. Non constituunt illi cum opificibus erga mercedem laborantibus unum idemque Collegium, verum cum aliis mercatoribus æqualem prærogativam sibi vendicant. Quæstui deditus Londini artifex primum opificium, tum mercatum discit. Sodales mercantis artificis æque exactos rationam Ducesores esse oportet, quam nonnulli mercatores sunt. Magister artis instrumento manum non admovent amplius, contemplatur 40—60 suos sodales per diem labores facientes, eos æstimat, errores corrigi, artificia & dexteritates eis demonstrat, instrumenta nova invenit, cursum vigentis moris (modæ) observat, invisit cultos homines, aut adit artifices, quorum perpicacia sibi utilis esse potest, repetitque fabricam suam, negotiis in Caria mercatorum absolutis.

Nihil est, quod urbi Londino magnificentior formam conciliat, quam tabernæ opificum ejus. Sator officinam suam calceis repletam habet, quibus e vestigio exercitus provideri posset. Apud Sorinarios penus suppellectilis reperitur, quæ regio palatio instruendo sufficeret. — Aurifabri plus argenteorum artefactorum tenent, quam omnes Germaniæ Principes mensis suis appositum habent. Faber serrarius urbanus centum fabricis ferrariis, & serrariis paganis alimenta

suppeditant, qui ei subsidiariam operam navant, copiamque mercium subministrant, quibus postremam limam nomenque ille impertit. Hi talesque artifices sunt, qui audent Jure contubernii sui regios Principes donare, hi sunt illi opifices, e quibus Illustrissimus Urbis Præfectus eligitur (Lord Major) e quibus membra Parlamenti leguntur, qui de salute Indiarum orientalium, & occidentalium, imo aëneo Orbe sententiam ferunt, regnorum gentiumque sortem decidunt. Talis erat Cel. Taffor, qui Generalis Cassæ Præfectus opificem argenteæ mensalis suppellectilis se esse professus, qua Collegium Gen. Ducum occasione convivii excepit, quod is edidit.

In hac luxu amplitudine utique mentem subire meam nequit ad rationes professionis meæ domicilio figendi cogitatio; consilium meum eo tendit, Gallias petere Litterasque patentes mihi ære comparare, nihil hoc negotio facilius, nihil utilius, in ea Costus artificum non dantur, quivis, qui solertiam adhibet, qui diligenter laborat, principio cum fatigio quidem, at ubi notum se fecit, commode vitæ alenda subsidia sibi procurare potest.

Verum: ut in Galliam perveniam? hic Rhodus hic salta! — Fatale bellum quamvis communicationem interoipit. Caterum ipsi Angli multa de pace ratiocinantur.

Ajunt videlicet: omnia finem tandem habent, ergo & bellum cum Gallia. Anglia

nequit amplius continentales vires adversus Galliam consistere. In Hispania quoque præpotentia Gallica triumphabit, ut proin quamvis auctoritatem Anglia in Continente amissura sit; Ministri proin tandem adactos se intelligent, ad ea media erripienda, quæ iis ad salutem publicam residua atque ad tranquillitatem communiem. Certe de præsentibus aliis rationibus inirent, quam eas fuere, quas ad præsens sequebantur, si spes iis adfulgeret, hanc vel illam Potentiam in Continente pro sua ratione status conducendi.

Ita est, quasvis unam post aliam ad id conducere, ei persuasere, at quævis hæc conductiones sinistrum habuere successum, singulæ successive debellatæ & devictæ fuere; & hodie — nihil conducendum restat.

Jam nunc compensatio in America quaeritur, quemadmodum Anglicana ephemeris contendit. Existentia novæ potentiae in America in ratione politica non minus utilis, quam in mercantili ratione foret; esset elegans æquilibrium, quod scitioni novæ Dynastiae in Europam opponere possemus. Si libera Commercio cum America Hispanica in effectum semel deducta est, tum Anglia per id non modo idonea redditur bellum indefinito tempore prosequendi, verum & libertas quoque novi orbis, ordinationes universalis pacis perquam faciles redderet, tum Bonaparte adigeretur, ad agnoscendam libertatem Status, cui manum admovere non posset, sique subditos emolumentum ex commercio illius orbis

regionis participes efficere optat, necessum ei erit id privilegium Anglis in Europa admittere; si novus id genus Status conderetur, foret is quoque ceu compensatio immensa acquisitionum Bonapartii, & instar hypothecæ duraturæ pacis considerandam; quam absque hac basi impossibilem & vanam animo concipio.

Hæ veritates tam evidentes sunt, ut solum ab egoistico & corrupto ministro indubium vocari possint, cui salus publica alioqui subordinatum solum emolumentum præbet.

Experiebamur ab iis opes nostras prodigi, in persequenda argumenta, nullius prorsus nobis pretii, quæque adipiscendo non erant quidem. Bello hispanico prohibebamur ab usu immensi illius commodi, quod libera communicatio cum Colonis Hispanicis nobis suppeditasset. Non possum continere affectum, cum parte una cerno sanguinem popularium nostrorum fluere, ad abominabilem Juntam conservandam, cum agentes hujus Juntæ ad flumen de la Plata ei solum intenti sunt, ut obsoletas prohibitiones validas efficiant nostrasque naves majore temeritate & intolerantia, quam vetus regimen solebat, ex suis portibus relegent, atque expediant, cum maximo detrimento Incolarum harum Coloniarum, commerciique nostri. At non hos hispanicos Proconsules sectari oportet nos, verum ministros nostros; qui carissimi emolumenti nostri neglectu, hoc

systema Colonialis monopolii fevent. — Dum cum Hispanis Creolorum subjugatoribus communem Causam fecimus, postremos qui amici nostri erant, erga nos exasperavimus; adigimusque ut se Indigenis adjungant. Erant binæ factiones quarum auctores sumus, ambæ nequiquam nobis additæ; Hispani emancipationem suorum mancipiorum metuentes, quam favore prosequi nostra tamen interfuit, nobis favere nequeant, cumque Creolis, quos detestantur, conjungere se nequeant, necesse est præsidium Imperantis Hispaniam amplectantur, id est paucis post mensibus obsequium Josephi Bonapartii subeant. Ex altera parte cum Creoli, qui fortunarum suarum protectores nos considerare deberent, nos partibus suorum oppressorum adherentes conspexerint, magis propendebunt, amicis Galliæ aures præberet, eoque magis, quod Imperator Galliæ, ejusque frater, soli sint, a quibus sollicitationes, at nullas læsiones experiebantur.

Nostri politicæ adversi nexus cum Hispania executionem *plani emancipationis* in Hispanica America difficiliorem & problematicam magis reddidere. — Planum hoc ducum adornatum erat, potuissimusque principio novissimi anni, una Cabineti nostri proclamatione absque vi & sumtibus illud effectui dare. Quæ compensatio nobis pro ultronea renunciatione tot commodorum, quæ immediate, & in futurum ex independentia Coloniarum percipere potuissimus? — Exiguum, admodum intutum, & restrictum Commertium

eum metropolitano territorio, & ex eo indirecte cum Colonis, porro vacillans promissio Classis Feroliæ, Gadibus & Carthegæ non abenturos, quam, qui hodie Hispaniæ dominantur nec voluntatem, nequæ potestatem habent implendi. Prior eorum tum Feroliæ, tum Gadibus agendi ratio abuade docet, eos Gallos dum abominantur, amicos nostros non tamen esse. Si, ut præteritur, A. Episcopus Toletanus habens regimini admovendus, consilium de litteris hujus Prælati de 22. Maj. 1809 relegendi, quibus abdicationis validitate Caroli & Ferdinandi probata, supremam Josephi imperium humiliter veneratur. Iterum repeto, & de divinationibus meis statuere hesbit; utprimam pax cum Austria in Hispaniâ innotuerit, Gallia, quæ suppetias in Hispaniam expedierit; pleurosque, fortassis omnes, hodiernorum duorum patrioticæ factionis acerrimos nostros hostes tam in Europa, quam America futuros.

Talismanus, seu signum magicum.

Fes Urgella possidebat Talismanum, qui quævis ad se accedentia in gemmas commutaverat. — Philosophi, qui (*Nota bene*) omnibus abundant, nullaque re egent, hodiernos eventus hæc Talismano contemplantur. Verum, fas subtrahi eis luxorioso philosophica, ut iis adpellare placet, & tum — lamentantur, & singultiunt instar vilissimorum de plebe; tumque Talismano virtus gemmas producendi deest.